



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXIX. Markgraf Ludwig verleiht die Bedehebung in Schlagenthin Bürgern
in Arenswalde, am 18. September 1350.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

ben mit diesem brieff ane allirleyge argelist, daz der hochgeborin vorste vnser here Marggraf Ludwig von Brandenburg vnd sin erbin sie alle gemeynlich noch orer eyn gheyn befunderlich nummermehr vordenken sol vm alle sachen vnd geschichte, dy sich gehandelt habin dwischen vnsern egnantin hern vnd Stetin vnd mannen in der mark, vnd sol sie dez nummer ni gelten lasin, wedir mit worten noch mit werkin, fundir alle sachen sulin tot sin, daz der nummirmir sol gedach werden. Dar ste wi nu vor vnd hebbin zoo gezcuge vnse ingefegillen an dessen brieff gebangen, Geghebin zeu Spandow, nach ghotis gebort Tusent jar drihundert darna in deme neghen vnd virtichten jare, in deme thage sunthe Jacob des apostelen.

Nach Fbidin's Mittheilung aus dem Originale des rathhändlichen Archives zu Spandow.

XXVIII. Markgraf Ludwig belehnt Heinrich Winther und Henning von Vorhower mit dem Schulzenamte zu Reetz, am 1. Januar 1350.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. contulimus et presentibus conferimus discretis viris, hinrico winther et henningo de vorhower patris, fidelibus nostris dilectis, et eorum veris heredibus, manu coniuncta et in solidum iudicium ciuitatis nostre Retz, XII frusta reddituum annuorum in censu manforum eiusdem ciuitatis sita, et III choros siliginis in molendino De., prope ciuitatem sito, annui pactus, que vidilecet XII frusta et III chori siliginis ad dictum iudicium pertinent ab antiquo, perpetuis temporibus pacifice possidendum. Si vero in premisso pactu defectum aliquem paterentur, hunc consules ibidem supplere debebunt et tenentur. Insuper piscatura in fluuio, dicto Nantkow, ipsum molendinum ducente, perpetue infra metas, gades seu limites memorate ciuitatis perfrui quiete poterunt seu debebunt. In cuius etc. Testes Swartzburg, Hasso senior, Lud. et Henricus de Wedel, Hasso de Valkenburg, Ost, milites, et Johannes de Wedel, cum ceteris. Datum Noue Landesberg, Anno M°. CCC°. L°. die circuncisionis.

Aus der Sachwitz'schen und Dietmann'schen Sammlung.

XXIX. Markgraf Ludwig verleiht die Bedehabung in Schlagenthin Bürgern in Arenswalde, am 18. September 1350.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. contulimus et presentibus conferimus discretis viris Hinrico koln, Gifoni, Nicolao et Henningo, dicis Blancksee, fratribus, ciuitatis nostre Arnswold ciuibus, fidelibus nostris dilectis, ipsorumque etc. precariam denariorum, frumenti, ville nostre Slawentin cum singulis et vniuersis suis pertinenciis, sicut hactenus nos possedimus, in antea manu coniuncta sine inquietacione qualibet a nobis perpetuis temporibus pacifice possiden-

dam, Sic tamen, quod premifforum habitacionis ac expenfarum distinctio predictae collationi communi non debeat aliquod in perpetuum nostri nomine preiudicium generare. Pro qua quidem collatione prenominati nostri fideles nobis in L marcis argenti Brandenburgensis et monete nobis satisfecerunt, de quibus ipsos quitos dicimus penitus et solutos. In cuius etc. Testes Viricus comes de Lyndow, Hen. de Wedel, Petrus de Bredow, Hermannus de Redern, Johannes de Rochow, Wulff, de Saczenhofen, Bergarius de Helen, Hufener et Morner protonotarius. Datum ante Bernow, Anno M^o. CCC^o. L^o. dominica ante Mathei apostoli.

Aus einer von Hackwig'schen Abschrift.

XXX. Markgraf Ludwig verzeuget dem Jacobi-Altare in der Pfarrkirche zu Arenswalde einen Garten, am 19. September 1350.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. diuine remuneracionis intuitu, ob id, quod diuinus cultus per nos adaugeri videbitur, damus et iusto appropriacionis titulo donamus altari sancti Jacobi apostoli, fundato in ecclesia parochiali opidi nostri Arnsbold, ortum dictum valle, ante opidum dictum, solventem annuatim duo talenta cum dimidio talento denariorum brandenburgensium, sic quod idem ortus cum sua saluacione premissa ad memoratum altare debeat pacifice pertinere curricula temporum sempiternis, Renunciantes etc. in cuius etc. testes Lochen, Hufener, Saczenhofer, Helen Ambo. Datum ante Bernow, Anno MCCCL. dominica ante Mathei.

Aus Dickmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 130. und einer Hackwig'schen Abschrift.

XXXI. Markgraf Ludwig der Römer belehnt die von Heinsberg mit dem Schulzenamte zu Arenswalde, am 1. März 1352.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. contulimus et conferimus viris Nicolao sculteto Arnoldo et Matheo pratriis, dictis de Heynsperg, nostre civitatis Arnswolde civibus, fidelibus nostris dilectis, ipsorum quoque viris et legitimis heredibus iudicium ac officium prefecture civitatis eiusdem, cum singulis ac uniuersis pertinenciis eiusdem, videlicet iudicio et officio prefecture de iure vel ex debito spectantibus qualitercunque nominatis et quocunque situatis et specialiter IIII frusta annuorum reddituum in censu manforum et unum fertonem in censu, vulgariter Rudentyns dicto, premissae civitatis sita et lacum dictum Santzich, in campis predictae nostre civitatis situm, cum singulis pertinenciis, preactum censum et lacum pertinentibus, nec non cum singulis ac uniuersis usufructibus, commodis, iuribus et honoribus premissis adiacentibus manu coniuncta perpetuis temporibus a nobis dicto pheodi titulo tenendum et sine inquietacione qualibet